



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De agilitate ad incipiendum bonum. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

stantis fervoris ad perficiendum, ut ultima primis respondeant: ne postea cum posuerit fundamentum altæ perfectionis, & non potuerit perficere sicut cœperat ex voluntatis tempore, omnes incipiunt illudere eam tam homines quam dæmones dicentes, Hic homo cœpit ædificare & non potuit consummare, sicut stratura imperfecta & labefacta ostendit structoris defectum.

*De quibusdam communibus exercitiis spiritualibus.*

CAP. XII.

**A**d uitandum ergo apostaticæ prævaricationis opprobrium, & perfectæ sanitatis gratiam obtainendam, & re promissæ beatitudinis gloriam religioso consequēdam, quædam communia spiritualia exercitia ponendæ exercititia. videntur: in quibus qui fideliter perseveraverit, citò sentiet se in spiritualis vitæ profectu crescere, quo usque ad perfectam perueniat sanitatem virtutis.

*De agilitate ad incipiendum bonum.*

CAP. XIII.

**P**RIMVM est, ut homo sit impiger & agilis ad incipiendum & faciendum bonum, Bonum alacriter quod ex alterius admonitione, vel ex divina inspiratione intelligit faciendum. Multum enim profectum negligimus, tam meritorum quam præmiorū, eo quod redet nos bonis studiis insistere, ex horrore difficultatis. Si autem voluntatem faciendi habemus, hanc de tempore in tempus differimus & procrastinamus: & in-

interim irre recuperabiliter perdimus & tempus  
& meritum, quod lucrari poteramus: aut ita  
desidiosè & indeuotè facimus, quòd nec Deo  
est valde gratum, nec conscientiæ nostræ me-  
ritorum vel consolatorium: imò ita corrosi-  
uum conscientiæ, quòd etiam inde puniri ti-  
memus, & ex insipideitate tædet nos laborare, &  
festinamus inde citò absolvī, & tædet simile  
aliud inchoare. Exemplū de studio orationis,  
vel obsequij in coquina, in infirmitorio, vel al-  
terius boni operis, in quo nullum honorem vel  
temporale commodum, vel propriæ volunta-  
tis solatium expectamus. Et hoc est cōtra bo-  
ni operis naturam: quod si debito modo fiat,  
semper lātificat conscientiam, & accedit af-  
fectum ad aliud bonum faciendum. Eccli. Qui Euli. 24, 25  
Gen. 1, 28  
edunt me, adhuc esurient. Sic Deus iussit ter-  
ram producere herbam virentem, & lignum  
pomiferum, habens vnumquodque semen in  
semetipso generis sui, id est, bona opera tam-  
minora quam maiora: quæ si virent debito vi-  
gore peracta, habent semen sui generis in se,  
id est, desiderium alterius boni, quod quasi  
germen pullulet ex priore. Si autem ex desi-  
dia clāgueat, etiam semē ipsius infructuosum  
manebit, & ideo tædet nos aliud bonum inci-  
pere: quia ex iam facto paruum aut nullum  
concepimus deuotionis affectum. Omni ergo  
tempore seruus Dei prouideat, quid illa hora  
magis sit sibi expediens ut faciat: & quod fa-  
ciendum viderit, penset qualiter illud cōgruē  
& secundūm virtutis regulam magis aptè per-  
ficiat, quantum valer. Sic enim assuefacien-  
dum est corpūs & animus, ut ex vsu boni ope-  
ris nullo modo territus, paratus sit sicut ser-  
uus fidelis & agilis, imperati Domino ad om-  
nia rationabilia seruitia obedire. Sic videmus Similis  
in seruis secularibus, qui nec præ frigore vel

Q. 5 labo-

labore, vel inopia, vel alia difficultate pigritan-  
tur dominis suis, pro parua mercede, per longa  
terrarum spatia, etiā in periculo mortis obe-  
dire, gratum habētes, si pro gratiarum actione,  
cūm redierint, non magnas alapas & vituperia  
à dominis receperint: nihil de incommodis in-  
firmitatis vel domus, vel hospitij cogitantes.  
Claustrales verò servi delicati sunt & elati;  
parum volunt laborare, & bene procurari: &  
cūm illi dominos suos debitè honorent, ipsi  
volunt dominis suis in omnibus esse quasi  
æquales, voluntate propria pro lege vtentes.

*Prouerb. 29,21* Qui delicate seruum suum, id est,  
corpus suum nutrit, ab infantia scilicet noui-  
tiatus, postea illum sentiet contumacem: vel  
quia piger erit ad bona, vel ad peccatum pro-  
clivior, maximè carnis. Ex consuetudine orij  
homo mollis & piger efficitur, ut nihil velit pa-  
ti vel facere nisi quod liber. Econtrà fidelis  
seruus ita debet habitare semetipsum & má-  
suefacere, sicut ioculator catulum suum: ut sta-  
tim cùm iubetur saliat de lecto ad orationes  
nocturnas, & quasi ad nutū rationis sit prom-  
ptus ad quæque spiritualia exercitia, quæ vel  
obedientia iussit, vel charitas fraterna requi-  
rit, vel deuotionis studio apta sunt, vel cuiusli-  
bet alterius virtutis.

### De velocitate abstrahendi se à malis.

#### CAP. XV.

**I.**  
**Exercit.**  
**Mala cele-**  
**riter re-**  
**pellenda.**

**S**E C V N D V M est, ut sicut ad agenda bona  
agilis, ita sit ad abstrahendum se velox à  
quibuslibet malis, statim cùm sentit se aliquo  
eorum interiùs pulsari, vel exteriùs occupari,  
scilicet ab otiosis verbis, à iocis, ab actionibus  
infructuosis, & maximè à cogitationibus va-  
nis, & affectionibus vitiosis, & carnalibus  
concu-